

CONCOURS D'ADMISSION DE 2004

Option lettres et sciences humaines

LATIN première langue

Mercredi 5 mai 2004 de 14h à 18h

VERSION LATINE

Durée : 4 heures

Il est bien difficile à Rome de faire carrière quand on est un «homme nouveau».

Quaeret aliquis fortasse: «tantumne igitur labore, tantas inimicitias tot hominum suscepturus es ?»(1) Non studio quidem hercule ullo neque uoluntate; sed non idem licet mihi quod iis qui nobili genere nati sunt, quibus omnia populi Romani beneficia dormientibus deferuntur; longe alia mihi lege in hac ciuitate et condicione uiuendum est. Venit mihi in mentem M. Catonis, hominis sapientissimi et uigilantissimi, qui cum se uirtute, non genere, populo Romano commendari putaret, cum ipse sui generis initium ac nominis ab se gigni et propagari uellet, hominum potentissimorum suscepit inimicitias et maximis laboribus usque ad summam senectutem summa cum gloria uixit. Postea Q. Pompeius humili atque obscuro loco natus nonne plurimis inimicitiis maximisque suis periculis ac laboribus amplissimos honores est adeptus? ... Haec eadem est nostrae rationis regio et uia; horum nos hominum sectam atque instituta persequimur. Videmus quanta sit in inuidia quantoque in odio apud quosdam nobilis homines nouorum hominum uirtus et industria; si tantulum oculos deiecerimus, praesto esse insidias; si ullum locum aperuerimus suspicioni aut criminis, accipiendum statim uolnus esse; semper nobis uigilandum, semper laborandum uidemus. Inimicitiae sunt, subeantur; labor, suscipiatur; etenim tacitae magis et occultae inimicitiae timendae sunt quam indictae atque apertae. Hominum nobilium non fere quisquam nostrae industriae fauet; nullis nostris officiis beniuolentiam illorum allicere possumus; quasi natura et genere diiuncti sint, ita dissident a nobis animo ac uoluntate.

CICÉRON.

(1) L'orateur plaide contre Verrès, membre de la *nobilitas*

- Rappel : L'utilisation de toute calculatrice et de tout matériel électronique est interdite.
- Seul document autorisé : un dictionnaire latin-français BORNÉCQUE, GAFFIOT, GOELZER ou QUICHERAT.

ESSEC MBA
AVENUE BERNARD HIRSCH - BP 105
95021 CERGY-PONTOISE CEDEX FRANCE
TÉL. : 33 (0) 1 34 43 30 00
FAX : 33 (0) 1 34 43 30 01
WEB : WWW.ESSEC.FR

ESSEC
ÉTABLISSEMENT PRIVÉ D'ENSEIGNEMENT SUPÉRIEUR.
RECONNNU PAR L'ÉTAT. MEMBRE DE LA FESIC.

ESSEC | ACTING FIRST
agir en先导

ESSEC BUSINESS SCHOOL
ETABLISSEMENTS PRIVÉS D'ENSEIGNEMENT SUPÉRIEUR,
ASSOCIATION LOI 1901,
ACCREDITÉS AACSB - The International Association
FOR Management education.
Accrédités EQUIS - the european quality improvement system
AFFILIÉS À LA CHAMBRE DE COMMERCE ET D'INDUSTRIE
DE VERSAILLES VAL D'OISE - YVELINES.